

Nicolaus Schütze

Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Nicolaus Schütze/ Iur. U.D. & Profess. Ad Exequias Quas Viro ... Dn. M. Zachariae Iulichio, Scholae oppidanae Collegae, cum viveret, maxime industrio, Marito suo desideratissimo, Vidua moestissima paratas cupit, Omnes Reip. literariae Cives ... invitat

Rostochii: Kilius, 1652

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771009607>


Druck Freier  Zugang




Schüke, N.,
in Z. J vlich.

Rost. 1652.

48.





PROGRAMMA

Quo

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

NICOLAUS Schütze/

Jur. U. D. & Profess.

Ad Exequias

Quas

Viro Praestantissimo, Doctissimoq;

DN. M. ZACHARIAE
JVLICHIO,

Scholæ oppidanæ Collegæ,

viveret, maximè industrio

Marito suo desideratissimo,

Vidua mœstissima

paratas cupit,

Omnes Reip. literariæ Cives officiosè

& pèramanter invitat.

••(o)••

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.

ANNO M. DC. LII.



FRANCISCA

RECTOR

Universitatis Rostochensis

NICOLAUS SCHNEIDER

Mag. U. D. & Profell.

in Rostock

Quas

1770 Professore, Doctoris

DM. ZACHARIAE

JULII

scholaris oppidani Collegii

in Rostock, maxime in studio

Philosophiae et Mathematicae

viduus mathematicus

in Rostock

Omnes Reipublicae Civis officiose

& petentibus invitat.

1770

ROSTOCKII

Typis Nicolai Kuhl, Acad. Typogr.

anno 1770





Esimum illum opti-
mi Parentis filium, quem
rerum natura in exitium
opprobriumque humani
generis ediderat, de con-
ditione temporum suo-
rum queri solitum legi-
mus, quod nullis publicis
cladibus insignirentur, optavisseq; , ut populus
Romanus haberet unam tantum cervicem, cæ-
terum Romæ sibi incendia ob hoc unum dolori
esse, quod sciret meliora resurrectura, quàm ar-
sissent. Quid aliud, quam hoc ipsum loqueretur,
si verum fateri cogeretur, hostis ille generis
humani, & in primis Ecclesiæ CHRISTI sin-
gularumq; hujus civium, Satanas? Hujus quippe
votum unicum · utinam populus Christianus
unam cervicem haberet ! Hujus delicia, si per-
missu DEI jugulare uno nutu ingentem mortali-
um numerum possit. Hujus ad eos, quos in-
amoribus habet, jocus festivissimus: *Tam bona
cervix, simul ac jussero, demetur.* Sed meritò cum

Apostolo exclamamus: DEO gratia, qui nobis dat victoriam per Dominum nostrum JESUMCHRISTUM. Hujus enim beneficio triumphale illud canere nobis licet: Ubi est tuus ô mors stimulus? Ubi tua ô inferne victoria? Neque in CHRISTO, capite Ecclesiæ, quicquam princeps mundi, nec in illius corpore ac membris jam habet. *Ne in porcorum quidem gregem diaboli legio habuit potestatem* (loquimur cum Tertulliano) *nisi eam de DEO impetrasset: tantum abest ut in oves DEI habeat. In manibus DEI sunt tempora nostra, qui etiam capillos capitis nostri omnes numeravit.* Et pereat anima, cujus capillus non perit? Invidiâ quidem Diaboli mors intravit in mundum; sed jure meritoque de felicitate illa nobis Christiani gratulamur, quod non tantum hæc docere nos DEUS voluit: sed victoriam etiam de peccato, morte, diabolo, per Eum nobis largitus est, qui hostem truculentum iis ipsis, quibus ad jugulandum utebatur, armis prorsus divinâ sapientiâ ac virtute jugulavit. Itaque licet bonos etiam præmaturè obire videamus: tamen non solum in quiete illos esse fidem habeamus: sed evacuatis mortis causis, ad vitam beatam atque immortalem aliquando voce Filii DEI resuscitados, felicem prædicaturos contumeliam, cui finis fuerit

fuerit gloria. His aliisque id genus consolationibus cum sese sustentare, cum Satanæ ægrè facere studuit vir optimus & doctissimus DN. M. ZACHARIAS JULICHIUS Scholæ Rostochiensis Collega, de quo nunc, quæ persolvendis extremis Ejus honoribus fecerint, promptè exequemur. Fuit ipsi igitur patria TRAMBURGUM oppidum in NeoMarchia Brandenburgensi non incelebre, quod nascentem illum excepit anno clō lxxcv. circa diem Ægidii. Patrem habuit sibi cognominem ZACHARIAM JULICHIUM, civem olim ac Sartorum collegii ibidem curionem integerrimum; matrem DOROTHEAM DZDEXZES / foeminam castam & pudicam. Avum paternum sortitus fuit BARTHOLOMÆUM JULICHIUM sutorem; avum maternum GEORGIUM DZDEXZES Lanarium. Avia materna ei fuit GERNARDUS RASCHUEN; avia paterna quæ fuerit, non satis constat. Et tamen quid adeo scire refert? Nam potius quis fuerit aliquis, quàm quibus natus, reputandum est. Honesti hi parentes hunc suum primogenitum DEO per lavacrum regenerationis ac renovationis obtulerunt, & animum Ejus in studiis linguarum excoli sedulo

curârunt. Fundamento pietatis & bonarum artium in schola patria fideliter jacto, postea ARNSWALDIAM, & exacto heic anno STARGARDIAM studiorum gratiâ se contulit. Exinde BRANDENBURGUM in Palæo Marchiam, & paulò post QVEDLINBURGUM concessit. Anno clo lccxviii. Lipsiam contendit, ubi ita vitam egit, ut omnium favorem ac benevolentiam, in primis propter Musicæ peritiam, sibi compararet, ibidemque in chorum Musicum cooptaretur, inque Schola Thoma-na ad liberalem mensam promoveretur. Sef-quianno exacto postquam patriam eheu! incendio tere consumptam inaudivisset, ipse etiam tenuioris fortunæ esset, Academiam istam tum temporis florentissimam relinquere, & in loca extera se conferre coactus est, donec anno clo lcc cxxi. vir consultissimus DN. HENRICUS Schaffer/Quæstor olim Dannenbergensis eum filiis suis privatim informandis præficeret. In quo informandi officio modestiam & industriam suam ita probavit, ut dignus judicaretur, qui publicæ etiam functioni præponeretur. A reverendissimo igitur & nobilissimo Domino JOACHIMO à BOTHMAR Monasterii Michaëlitani in inclyta Lunæburga tum temporis Abbate,


Abbate, annō nimirum clō Iōc XXIII ad munus
Scholicum vocatus est, cui per integrum qua-
driennium magna cum laude præfuit, idq; dili-
genter administravit. Quo factum ut honesto
stipendio dignatus in hoc nostrum Lyceum ab-
legaretur, in quo cum ultrasæculiannum substi-
tisset, procurantibus amicis ac fautoribus ab am-
plissimo hujus urbis Senatu in Collegarum Scho-
læ oppidanæ numerum cooptatus est. Quas
partes hæctenus egregie & magno cum juven-
tutis emolumento sustinuit. Anno clō Iōc XXIX
matrimonio sibi junxit honestam ac pudicam
fœminam CATHARINAM Burmeisters/
viri humanissimi doctissimiq; DN. M. JOA-
CHIMI BURMEISTERI, Collegæ prædictæ
Scholæ, per integros quadraginta annos, dum
viveret, Classici industrii, filiam, cum qua vitam
egit suavissimam concordissimamq; per annos
XXIII, Protagoras ejusmodi nactos conjuges
βίον ἀλυττον vivere pronuntiavit. Vidit ex ea filias
quinque DOROTHEAM, CATHARINAM,
EUPHROSYNAM, SOPHIAM, ELISABE-
TAM, & filium unicum ZACHARIAM; è qui-
bus verò DOROTHEA, SOPHIA, & EU-
PHROSYNA, turbato naturæ ordine, patrem
præcesserunt; CATHARINA & ELISABETA
ut &

ut & filius ZACHARIAS, divinâ sustentante gra-
tia, adhuc sunt in vivis. Faxit sacrosancta Trias,
ut crescant ætate non solum, sed & sapientia at-
que gratia apud DEUM ac homines! Pietatis,
modestix, integritatis, vitæque universæ hone-
statis testes habet eos, quibus notus fuit familia-
rius. Vigiliâ Paschatos ardentissimâ febris correp-
tus, & die Veneris, ut vocant, post, subito extin-
ctus est. In quò morbo tamen animo magno su-
stinendo & superando auxilium expertus est Spi-
ritus sancti præsentissimum. Lectissimarum,
enim è sacris literis sententiarum repetitione,
assiduâ, ut & cantionum piarum melodiis miri-
ficè recreatus fuit,

Hujus viri optimi, & de juventute bene me-
riti funus quùm ad H. I. efferendum sit, vestrum
erit, CIVES ACADEMICI, id frequenter
exequi, & quam quisq; secum gestat, recor-
dari mortalitatis, P. P. d. XXVII. Apri-
lis, anno clc lcc LII.

Conventus fiet in æde B. Virgini sacra,







fuerit gloria. His aliisque id genus conso-
 nibus cum sese sustentare, cum Satanæ ag-
 cere studuit vir optimus & doctissimus D.
ZACHARIAS JULICHIUS Schola-
 stochiensis Collega, de quo nunc, quæ po-
 vendis extremis Ejus honoribus fece-
 promptè exequemur. Fuit ipsi igitur pa-
TRAMBURGUM oppidum in Neo-
 chia Brandenburgensi non incelebre, quo
 scentem illum excepit anno cl^o lxxv.
 diem Ægidii. Patrem habuit sibi cognom-
ZACHARIAM JULICHIUM, cive-
 lim ac Sartorum collegii ibidem curionem
 gerrimum; matrem **DOROTHEAM**
DEKZE / fœminam castam & pud-
 Avum paternum sortitus fuit **BARTHO-**
MÆUM JULICHIUM sutorem; a-
 maternum **GEORGIUM DZDEX**
 Lanarium. Avia materna ei fuit **GER-
 XASHE**; avia paterna quæ fuerit,
 fatis constat. Et tamen quid adeo scire te-
 Nam potius quis fuerit aliquis, quàm qui
 natus, reputandum est. Honesti hi par-
 hunc suum primogenitum **DEO** per lava-
 regenerationis ac renovationis obtulerunt
 animum Ejus in studiis linguarum excoli se-

A 3

